

et teneantur, ne fraus et dolus ex aliqua parte subsequi possit.

Verumtamen, domini ac nobiles cujuscumque gradus ac dignitatis et conditionis existant, qui in diversis comitatibus bona ac jura possessionantur, habent solutionem factam medietatis proventuum suorum pecunialium juxta animosam eorum conscientiam in eo dumtaxat comitatu facere debent, ubi residentiam specialiter habent.

Item, pro conservatione et dispensatione thesauri ex praemissis subsidio et contributionibus congesti sive congerendi, ex nunc eligantur duo barones et totidem nobiles ex utraque parte Danubii modo equali, et illi modo electi ad fidelitatem Regiae Maiestatis et regno observandam, neque ad alias res ac necessitates velle hoc thesaurum convertere praeter quam praesentis expeditionis facta et necessitatis; et quod thesaurum ipsum nec pro se, nec fratribus, vel dominis, aut amicis, nec famulis eorum, praeter salarium eis deputatum accipient aut aliter dissipabunt, sed pecunias illas ad negotia regni praenotata convertent atque dispensabunt, firmissimum praestent juramentum. In quo hoc modo erit procedendum, quod hoc thesaurum congregetur ad unum locum et thesaurarii jurent ad invicem quod duo ex ipsis in castro interim manebunt donec alii duo redibunt, gentesque parimodo conservent in castro et nullus majori comitiva altero intret ad castrum, ad cujus custodiam magna in parte nobiles servabunt, et illos quoque quos intellexerint fidelissimos. Locus autem deputetur idoneus in medio regni Hungariae, castrum scilicet munitum et huic rei competens atque tutum.

Quoniam omnibus constat praemissas contributiones et census insolitos ad vires hostiles reprimendas et arces nuper ammissas recuperandas esse constitutas, constat etiam easdem retributiones cunctorum dominorum praelatorum ac baronum et regni nobilium aliorumque possessionatorum hominum etiam religiosorum et religiosarum modo et ordine jam praedecclarato, in unum locum et ad manus ipsorum thesaurariorum regni comportandum et collocandum fore. Quapropter, nemo dominorum, nemo nobilium, nemo etiam aliorum possessionatorum hominum, exceptis dominis praelatis banderiat, qui ratione decimarum suarum gentes eorum paratos habent, demptis etiam officialibus finitimis Regiae Maiestatis, qui ratione hujusmodi officiorum suorum gentes eorum paratas pariter habere et conservare semper tenentur, in hac futura expeditione personaliter interesse vel aliter exercitare prima fronte te-

nebitur: sed gentes de comuni et publico erario, quia de salute comuni agitur, ad expeditionem ipsam conduci debebunt. Ne tamen domini barones et illi quoque dictae personae, qui et quae justa contenta generalis decreti gentes per se tenere solebant, gentibus suis aut destitui, aut etiam exercitum belli praetermisisse videantur, de publico ipso et comuni erario seu thesauro non solum ad gentes suas tenere consuetas, verum plures ex novo conducendo si exercitare voluerunt, per thesaurum pecuniae distribuuntur.

Verum, quia expeditionis ipsius molles et progressus absque rectore, ductore et capitaneo absolvi ad effectumque perducere non poterit, pium (?) etiam constitutio in fumum convertetur et in nihilum redigeretur (quod Deus avertat) si executores non habebit; certum autem est Regiam Majestatem solum esse Principem, Regem, Ducem, Rectorem et Capitaneum nostrum ac executores omnium rerum et constitutionumstrarum; quae pluribus intenta, veluti tantorum regnorum Rex et dominus ad singulos semper invigilare, superintendereque non possit, qua propter Maiestas sua Regia ex nunc constituat auctoritate sua regia unum vel duos capitaneos generales, qui expeditioni praesenti suae Maiestatis vice praesse, gentesque tam internas quam 338 externas nomine Maiestatis suae conducere, et expeditionis hujus ad processum generalem perinde, executionem etiam earum rerum quae necessariae erunt et praesertim constitutionem praesentem cernere videbuntur, de mandato suae Maiestatis peragere debeant et teneantur habeantque, et internis et externis de regnis ac nationibus adductas et conductas secum in expeditione ipsa semper sub capitaneos in rebus bellicis et militaribus exercitatos, si reperient pariter hungari, quorum consilio et opera procedunt utunturque et quae rei illa conducibilia videbunt: faciant interim tamen de externis regnis praeter magistros rotarum ac capitaneos bonos et peritissimos, gentes non conducant quousque hungaros reperient rei bellicae sufficientes et aptos. Qui quidem capitanei, Regiae Maiestati super observationem fidelitatis et quod in rebus fidei et executionem eorum commissis nemini parcent, sed fideliter procedant et cum gentibus secum existentibus praeter hostes regni et turbatores praesentis constitutionis et statum rei publicae Maiestatis regiae et regni sui subversores neminem impediunt demptis in bello expeditione ipsa delinquendo qui justa eorum demerita juxta puniendi sunt, et quod per gentes damna pro posse eorum inferri non permit-